quo et delicto et aversione ab eo facta
eodem dictante revertendum est. Si namque
inquit unusquisque revertatur a via
sua pessima erit deus propitius iniquitati
et peccato eius. Quarto si egritudinis huius nullus — Cura sive ex natura
existat causis non minus deus invo
candus est atque deprecandus sicut enim ezech
ias rex quamvis naturali morte moritu
rus fuerat impetravit tamen devotissimis
orationibus indutias xv annorum a domino
Posthac vero ad naturalia remedia cur
rendum est. Que seclusis hiis morbi
accidentibus indiciis consistere apud
auctores visa est intentionibus prima — intentio ad virtutem
et maxima intentio habenda est
ad virtutem. Sic enim docuit nos Ga
lienus x de sanitatis ingenio potissimam
intentionem in cura custodiendam semper
a virtute. Nam virtus est que curat
morbos natura quorum omnium operatrix est
medicus vero minister ut dicit G. 3o reg.
Intentio vero secunda ad febrem et eius
causam. Nam ut in magis G. in iio tegni
code docuimus propterea causam efficientem
egritudinis primum abscindere deinde ad
eam que facta est venire egritudinem
Quo ad intentionem primam oportet quidem ad — conservatio virtutis
hoc tendere ut singule confortentur
virtutes. Cum autem virtus de se quasi
indivisibilis est presertim in humano
corpore confortari non possit aliter
roboranda non videtur nisi per confortatorum
tractatum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1086/0159
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG